



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Beneventi In Arcu Triumphali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



## SUESSAE.

### AUGUSTINI NIPHI tumulus.

DUM lapidi titulum moerens Galeacius addit,  
Et tristi curat funera cum gemitu,  
Si quis honos tumuli: non hoc tibi Niphe supremum,  
Sed patria, & misero stat mihi munus, ait.  
Na vivis meliore tui tu parte levamen  
Nos luctus mediis querimus in lacrymis.

## ATELLANA IN CAMPANIA.

### ACTILII RUFI ET UXORIS.

PUB. Actilio Rufo, & Actiliæ Beronicæ uxori: vixere annos xxiv. Sed Pub. mens. x. ante natus est eadem hora, fungorum esu ambo mortui sunt, ille acu, ista lanificio vitam agebant. nec ex eorum bonis plus inventum est, quām quod sufficeret ad emendam pyram & picem, quibus corpora cremarentur, & præfica conducta, & urna empta, atq; indulgentiâ Pontificum locus datus est.



## BENEVENTI IN ARCU TRIUMPHALI.

PONTIA Titi Pontii filia hic sum: quæ duobus natis à me veneno consumptis, avaritiæ opus, miseré mihi mortem consciyi. Tu quisquis es, qui hac transis, si pius es, quæso á mc oculos avert.